Georgij Debest Civis et negociatoris Crosnen. literas papyreas ex Protocolo actorum Judicij Civitatis Crosnen. emanatas sigillo eius-dem Judicij munitas inscriptionem reciprocam donationis causa mer[?] bonorum omnium mobilium et immobilium inter eundem Georgium Debest et Honestam Zopham Famati olim Melchioris Brussel filiam con-sortem eius legitimam in se continen. integras omniq. suspicionis nota carentes supplicatumq. nobis est quatenus eas earumq. con-tenta authe nostra Regia approbare et ratificare dignaremur quarum quidem literarum tenor talis est Judicium ex porrectu Barritum etc. Nos itaq. supplicationi praefatis benigne annuentes non tantum literas praeinsertas sed etiam omnia earum contenta tum et ipsam ordinem et inscriptionem praefatam inter coniuges supe-rius expressos prole carentes iudicialiter factam in omnibus punctis clausulis et articulis, approbavimus, confirmavimus, et ratifi-cavimus, approbamusq. confirmamus et ratificamus omnes defectus si qui sunt ex plenitudine authoritatis nostrae et potes-tatis in ea suppleri quatenus iuri communi non repugnat In cuius rei

Approbatio alio modo

Sigismundus etc. Scamus

Quod cum apud nos certi consiliarij nostri intercederent pro Fa-mato Georgio Debest Cive et Negociatore Crosnen. eiusq. con-sorte Zophia Famati olim Melchioris Brussel filia quatenus inscriptionem certam reciprocam per eosdem coniuges quibus om-nipotens Deus prolem negavit mutuo sibi factam donationem causa mortis omnium et singulorum bonorum mobilium et immobilium in se continen. coram Judicio ex porrectu Barrito Civili Crosnen. Feria sexta post Dominicam conductus Paschae in anno praesenti proxime praeterita officio iudicialiterq. factam authe nostra Regia approbare dignaremur Nos cum non ignoremus inscriptiones eiusmodi reciprocas inter coniuges prole carentes passim in Regno nostro admitti etiamsi nonnullis primariis Civitates specialibus Plebiscitis id sibi vo-luntate Serenissimorum antecessorum nostrorum caverint fortasse non propterea quod donationes eiusmodi iure Saxonico expresse prohiberentur sed quia de donationibus eiusmodi hoc idem ius Saxonicum nihil expresse habeat donationes autem inter virum et uxorem eas duntaxat admittere videtur quas per vivos uxo-ribus fiunt eas vero prohibet quas uxores viris suis faciunt ob quam dubietatem fit aliquando ut eiusmodi inscriptiones

326

in civitatibus plebiscito eo nomine careat in dubium vocetur et in
disquisitionem veniat. Cum itaque nobis integrum sit tam ambiguas
leges in favorem subditorum nostrorum ad nos eo nomine confugien-
tium interpretari, praesertim quod videamus inscriptiones eiusmodi
reciprocas inter prole carentes coniuges non tantum iure civili ad-
mitti sed etiam fundamentis iustitiae et aequitatis niti. Nihil
enim aequius est quam voluntatem domini rem suam in alium
transferre volentis ratam haberi. Ideo intercessioni praefati ar-
mati faciendum nobis esse duximus, ut inscriptionem reperitus recensitam
per praefatum Georgium Sobest eiusque coniugem Sopham mutuo
et reciproce sibi factam approbaremus et confirmaremus, prout iam
ex nunc in omnibus punctis, clausulis et articulis approbamus
confirmamus ratamque habemus non secus ac si coram nobis ipsis
de speciali consensu et voluntate nostra vel in civitate plebiscito
de reciprocis donationibus laudato gaudenti facta esset, supplen-
tes ex plenitudine potestatis nostrae in ea inscriptione non tantum
eum defectum quod civitas Crosnei plebiscito eiusmodi caret
sed etiam omnes alios quicunque tam ex forma eius quam in ma-
teria reperiri vel temporis successu emergere possent. Decernen-
tes eam vim et robur perpetuae firmitatis habere dicta contradictio-
ne cuiuslibet nunquam obstante, quo nomine silentium perpe-
tuum omnibus et singulis cuiuscunque status sexus et con-
ditionis hominibus eandem inscriptionem in toto vel in parte
infringere volentibus imponimus. Harum quibus sigillum nos-
trum appensum est manu nostra propria subscriptarum tes-
timonio literarum

Approbatio Testamenti Militar.

Sigismundus 3. Significamus

Productum nobis fuisse testamentum Nobilis olim Bo-
gusii Slupski militis nostri ante annos aliquot per iniu-
riam belli conflictum cum exercitu Caroli Sudermaniae
Ducis capti in Sueciam abducti et in eadem captivitate
peste defuncti manu ipsius et certorum nobilium atque sacer-
dotum conceptionem eius subscriptum supplicatumque nobis
est nomine relictae ipsius viduae ut illud authoritate nostra Re-
gia approbare et confirmare dignaremur, cuius quidem